Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [9. Jh.]

Beatus Augustinus episcopus: Homilie zu der Evangelienlesung

urn:nbn:de:bsz:31-6704

Visual Library

& ipſum beatiſſimum marti-
rem proflamma quam pertulit
apud omnipotentem dnm incor
rupte lucis inluminatione fulgere.

ITEM DE EODEM DIE
LIC SCI EVA SEC IOHAN.

IN illo temp. Dixit ihſ diſcipuliſ
ſuiſ. Amen amen dico uobiſ.
niſi granum frumenti cadenſ
interram mortuum fuerit. ipſu
ſolum manet. & reliq.

LXVIII
OMELIA LECTIONIS EI
USDEM BEATI AUGUSTI
EPISCOPI.

AMEN AMEN
dico uobiſ. niſi
granum fru
menti cadenſ
interram mor
tuum fuerit.
ipſum ſolum
manet.
Si autem
mortuum fuerit. multum
fructum adfert. Se autem
dicebat. ipſum erat granum
mortificandum. & multiplicandū.
Mortificandum infidelitate iude
orum. multiplicandum fide
populorum. Iam uero exhor
tanſ adpaſſioniſ ſuae ſectanda
ueſtigia. qui amat inquit ani
mam ſuam perdet eam.
Quod duobuſ modiſ intellegi poteſt.

Qui amat perdet. Ideſt ſi amaſ
perde. Si cupiſ uitam tenere
in xpo. noli mortem timere proxpo.
Item alio modo. Qui amat ani
mam ſuam perdet eam.
Noli amare ne perdaſ. Noli ama
re inhac uita ne perdaſ inae
terna uita. Hoc autem quod
poſteriuſ dixi. magiſ habere
uidetur ſenſuſ euangelicuſ.
Sequitur enim. Et qui odit
animam ſuam inhoc mundo. in
uitam aeternam cuſtodit eam.
Ergo quod ſupra dictum eſt. qui
amat. ſub intellegitur inhoc
mundo. ipſe itaq; perdet.
Qui autem odit utiq; inhoc mundo.
inuitam aeternam ipſe cuſtodit
eam. Magna & mira ſenten
tia. quemadmodum ſit homi
niſ inanimam ſuam amor ut
pereat. odium ne pereat.
Si male amaueriſ. tunc odiſti.
ſi bene oderiſ. tunc amaſti.
Feliceſ qui oderunt cuſtodiendo.
ne perdant amando. Sed uide
ne tibi ſubrepat. ut te ipſumueliſ
interimere. ſic intellegendo.
quod debeſ odiſſe inhoc mundo ani
mam tuam. Hinc enim quidā
maligni atq; peruerſi. & inſemet
ipſiſ crudelioreſ & ſceleratioreſ
homicidę. flammiſ ſe donant.
aquiſ pręfocant. precipitio con

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

lidunt · & pereunt · Hoc xpſ non
docuit · immo etiam diabolo prae
cipitium ſuggerenti · redi retro
inquit ſatanaſ · ſcriptum eſt non
temptabiſ dnm dm tuum ·
Petro autem dixit · Significanſ
qua morte glorificaturuſ erat dm ·
Cum eſſeſ iunior · cingebaſ te & ibaſ
quo uolebaſ · cum autem ſenueriſ ·
alter te cinget · & feret quo tu
non uiſ · Ubi ſatiſ expreſſit · non
a ſe ipſo · ſed ab alio debere occidi · qui
ueſtigia ſequitur xpi · Cum ergo
cauſae articuluſ uenit · ut haec
conditio proponatur · aut facien
dum eſſe contra dī praeceptum ·
aut ex hac uita emigrandum ·
Quorum duorum · homo cogatur
alterum eligere · comminante
mortem perſecutore · ibi eligat dō
dilecto mori · quam offenſo uiuere ·
Ibi oderit in hoc mundo animam
ſuam · ut in uitam aeternam cuſto
diat eam · Si quiſ mihi miniſtrat · me
ſequatur · Quid eſt me ſequatur · niſi
me imitetur · Xpſ enim pro nobiſ
paſſuſ eſt ait apoſtoluſ petruſ · re
linquenſ nobiſ exemplum · ut ſe
quamur ueſtigia eiuſ · Ecce
quod dictum eſt · ſi quiſ mihi mi
niſtrat me ſequatur · Quo fruc
tu · qua mercede · quo premio ·
Et ubi ſum inquit illic & miniſter
meuſ erit · Gratiſ ametur ·

& operiſ quo miniſtratur illi ·
pretium ſit eſſe cum illo · Ubi
enim bene erit ſine illo · aut quan
do eſſe male poterit cum illo ·
Audi euidentiuſ · Si quiſ mihi
miniſtrauerit · honorificabit
eum pater meuſ · Quo honore ·
niſi ut ſit cum filio eiuſ · Quod
enim ſuperiuſ ait · Ubi ego ſum ·
illic & miniſter meuſ erit · hoc
intellegitur expoſuiſſe cum
dicit · honorificabit eum pater
meuſ · Nam quem maiorem
honorem accipere poterit ad
optiuuſ · quam ut ſit ubi eſt uni
cuſ · Non aequaliſ factuſ
diuinitati · ſed conſociatuſ ae
ternitati · Quid ſit autem
miniſtrare xpo · cui operi mer
ceſ tanta promittitur · hoc po
tiuſ debemuſ inquirere ·
Si enim hoc putauerimuſ eſſe
xpo miniſtrare · ea quae ſunt
corpori neceſſaria praeparare ·
aut cenanti cibum coquere uel
ad ponere · uel poculum dare ·
potumque miſcere : fecerunt hoc
illi qui potuerunt eum in corpo
re habere preſentem · ſicut
martha · & maria · quando &
lazaruſ unuſ erat ex recum
bentibuſ · ſed eo modo xpo etiam
iudaſ perdituſ miniſtrauit ·
Nam & loculoſ ipſe habebat ·

& quam uiſ ex eiſ quae mitte
bantur ſceleratiſſime furare
tur · per illum tamen etiam
neceſſaria parabantur ·7 Hinc
eſt illud quod cum ei diceret
dnſ · quod faciſ fac uelocius ·
arbitrati ſunt quidam quod
eum iuſſerit propter diem feſ
tum neceſſaria preparare · uel
indigentibuſ aliquid dare ·7
Nullo modo igitur debuiuſ cemo
di miniſtriſ diceret
dnſ · ubi ego ſum ibi erit & miniſ
ter meuſ · & ſi quiſ mihi miniſtra
uerit · honorificauit eum pater
meuſ · Quo iudam talia mi
niſtrantem reprobatum potiuſ
quam honoratum uidemuſ ·7 Ut
quid ergo alibi quaerimuſ · quid
ſit miniſtrare xpo · & non potiuſ
in iſtiſ ipſiſ uerbiſ agnoſcimuſ ·7
Cum enim dixit · ſi quiſ mihi mi
niſtrat me ſequatur · hoc
intellegi uoluit · ac ſi diceret ·7
Si quiſ me non ſequitur non mihi
miniſtrat ·7 Miniſtrant ergo
ihu xpo · qui non ſua quęrunt
ſed quae ihu xpi ·7 Hoc eſt enim
me ſequatur · uiaſ ambulet
meaſ · non ſuaſ ·7 Sicut alibi
ſcriptum eſt ·7 Qui ſe dicit in
xpo manere · debet ſicut ille
ambulauit · & ipſe ambulare ·7
Debet etiam ſi porrigit eſurienti
panem · de miſericordia facere
non de iactantia · non aliud ibi
quaerere quam opuſ bonum ·
Neſciente ſiniſtra quod faciat dex
tera · Id eſt ut alienetur inten
tio cupiditatiſ · ab opere caritatiſ ·7
Qui ſic miniſtrat · xpo miniſtrat ·7
Recteq; illi dicetur · cum uni ex mi
nimiſ meiſ feciſtiſ · mihi feciſtiſ ·
Nec ea tantum quae ad miſericor
diam pertinent corporalem ·
ſed omnia opera bona propter
xpm faciens ·7 Tunc enim erunt
bona · quō finiſ legiſ xpſ ad iuſ
titiam omni credenti ·7 Miniſ
ter eſt xpi uſq; ad illud opuſ
magnae caritatiſ · quod eſt ani
mam ſuam pro fratribuſ ponere ·
hoc eſt enim & pro xpo ponere ·
quia & hoc propter ſua membra
dicturuſ eſt · cum pro iſtiſ feciſti ·
pro me feciſti ·7 De tali quippe
opere · etiam ſe miniſtrum facere
& appellare dignatuſ eſt ubi ait ·7
Sicut filiuſ hominiſ non uenit
miniſtrari · ſed miniſtrare · & ani
mam ſuam ponere pro multiſ ·7
Hinc ergo eſt unuſquiſq; miniſter
xpi · unde eſt miniſter & xpſ ·7
Sic miniſtrantem xpo honorifi
cabit pater eiuſ honore illo
magno · ut ſit cum filio eiuſ ·
nec umquam deficiat felicitaſ
eiuſ · Cum ergo auditiſ fratreſ

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

dnm dicentem · ubi ego sum · illic
& minister meus erit · nolite tan
tum modo bonos episcopos & cle
ricos cogitare · etiam uos promo
dulo uestro ministrate xpo · 7

Bene uiuendo · elemosinas faciendo ·
nomen doctrinamq; eius quibus
potueritis predicando · 7 Et unus
quisq; etiam pater familias · hoc
nomine agnoscat · paternum
affectum suae familiae se debere
pro xpo · & pro uita aeterna suos
omnes moneat · doceat · hortetur ·
corripiat · inpendat beniuolen
tiam · exerceat disciplinam · 7

Ita in domo sua ecclesiasticum &
quodammodo episcopale implet
officium · ministrans xpo · ut in
aeternum sit cum ipso · 7 Nam
& illam maximam passionis mi
nistrationem · multi ex uestro nu
mero ministrarunt · multi non
episcopi neq; clerici · iuuenes ·
& uirgines · seniores cum iunio
ribus · multi coniugati & coniuga
tae · multi patres matresq; fami
lias ministrantes xpo · etiam
animas suas in eius martyrio
posuerunt · & honorificante
patre · coronas gloriosissimas
receperunt · 7

DOM · I · P SCE LAVR · LEC SCI EVA SEC MAR ·

In illo temp · Exiens ihs de fi
nibus tyri · uenit per sidonem
ad mare galileae inter medios
fines decapoleos · Et cetera ·

LXVIII O MIL BED DE EAD LECT ·

SVRDVS ille & mutus quem
mirabiliter cura
tum a dno · modo
cum euangelium
legeretur audi
uimus · genus de
signat humanu
in his qui ab errore
diabolice deceptionis · diuina
merentur gratia liberari · 7

Obsurduit namq; homo ab audi
endo uitae uerbo · postquam
mortifera serpentis uerba con
tra dnm tumidus audiuit · 7

Mutus a laude conditoris effectus
est · ex quo cum seductore conlo
quium habere presumpsit · 7 Et me
rito clausit aures ab audienda
inter angelos laude creatoris ·
quas ad audiendam eiusdem crea
toris uituperationem · sermoni
bus hostis incautus aperuit · 7

Merito clausit os a predicanda
cum angelis laude creatoris ·
quod uelut ad meliorandum
eiusdem opus creatoris · cibiue
titi praeuaricationem superbus impleuit ·